De prodicione.

Saul promiſit dauid ſe datu
rum filiā ſuā vt per hanc oc
caſionem poſſit a philiſteis
occidi. i. Regum. xviij.

Saluauit dauid habitatores ceyle
ab exercitu philiſtinorum et tamen
voluerunt eum tradere ſaul ipſum p
ſequenti. i. Regum. xxiij.

Poſtquam ſaul fleuerat dolēs de
perſecucione dauid et eidem iurauit
poſtea perſecutus eſt eum ita nequi
ter ſicut prius. i. Re. xxiiij.

Vrias litteras tulit a dauid ad io
ab de morte propria. ij. Regū. xi.

Cū ſalutaret ioab amaſam quaſi
vellet eum oſculari percuſſit eū et ef
fudit inteſtina eius. ſecundo. Regū
viceſimo.

Zari dux medie partis equitū oc
cidit hela dominum ſuum et regna
uit poſt eum ſeptem diebus tantum
obſeſſ9 enim et circumdatus ab hoſti
bus in ciuitate ſeipſum cum palacio
ſuccēdit. iij. Regum. xvi.

Duo filij ſenacharib ipſum domi
nū ſuum in templo occiderūt neu
ter tamen poſt eum regnauit. quar
to. Regum. xix.

Duo ianitores aſſueri in ipſum in
ſurgere volebant et eum occidere. he
ſter ſecundo.

Imahel filius nathanie et multi a
lij cum eo venerunt ad godoliā et p9
prandium ipſum occiderūt. Jeremie
quadrageſimo primo.

Anchiothus miſit tribunum in ci
uitates iuda qui venit in iheruſalem
et loquebatur illis verba pacifica in
dolo et ipſi crediderūt ei et poſtea re
pente irruit ſuper ciuitatem z percuſ
ſit eam plagā magnā. i. Machabe
orum. primo

Anthiochus qui cum non poſſet
capere ciuitatem iheruſalem miſit ad
illos qui in ea erant pacem facere et
illi receperunt eum et iurauit eis req
ſed cito rupit iuramentum et deſtru
ere fecit murum in giro primo. Mac
habeorum. vi.

Cum ābularet triphon cum re ge
anthiocho domino ſuo adoleſcēte do
lo occidit eum et regnauit poſt eum
i. Mach. xiij.

Tholomeus fili9 abiada gener ſu
mi ſacerdotis fecit conuiuium ſimoni
et duobus filijs eius z cum ibi eſſent
occidit eos. i. Mac. xvi.

Appolonius veniens in iheruſalem
pacem ſimulans quieuit vſq; ad diē
ſabati tunc iudeis feriantibus ingen
tem multitudinem peremit. ij. Mac
habeorum. quinto.

Judas machabeus illos qui preci
um acceperant et inimicos ſuos abi
re permiſerant tanquam proditores
occidit et confeſtim turres occupauit
ij. Mach. x

De prodicione iude quomodo cri
ſtum tradidit. Mat. xxvi.

Itē quomodo paulus fuit tradit9
Actuum. xxiij

De prouidencia dei.

Fratres ioſep ipſum extinguē
credidērunt ſed tamen deus
aliter ordinauit. Geneſis. tri
ceſimoſeptimo.

Laban mercedem iacob frequētē
mutauit vt lucrum ei ſubtraheret ſed
tamen dei prouidencia aliter diſpo
ſuit. Geneſis. xxx

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Poſtq̄ pcuſſerat moyſes egipciū et per hoc coopendo hebreum offē deret eum et fugeret de egipto mul tis annis quaſi nunquam reuerſus de puidencia dei tam̄ remiſſus ē ⁊ e duxit filios iſrahel. Exodi. ij

Quamuis deus multociens pro mitteret filijs iſrahel introducere in terrā melle et lacte man antē duo ta men tantum ex illis qui exierunt dē egipto ſcilicet ioſue et caleph terram illam ingreſſi ſunt reliqui vero nō ſed paruuli tantum. Nu. xiiij.

Filios iſrl̄ deus ſua prouidēcia q̄ dragintaannis pauit in deſerto et e orum veſtimenta a conſumacione ſua uit. Deu. xxix

Sāpſon de ſterili matre āgelo nū ciante natus eſt et poſt multa mira bilia cum a domus oppreſſus. Iu. xvi

Filij iſrahel contra fratres ſuos fi lios beniamin de ꝯſilio et voluntate domini preliantes bis debellati ſunt ſed illos poſtea quaſi penitus delene uerūt Iudi. xx

Deus archā ab infidelibus capi p miſit et per eā multa miracula fecit et cum reduceretur ſeptuaginta ma gnos viros percuſſit ⁊ alios multos ſcilicet quinquaginta milia de plebe qui eam viderunt. i. Re. vi.

Dauid minimus erat inter fratres ſuos et quaſi nullius reputacionis q̄ quem tamen deus de ſui prouiden cia in regem exaltauit. i. Re. xvi.

Salomoni dedit deus ſapiēciā di uicias proſperitatē et pacē ita quod non erat ſathan neque occurſus ma lꝰ in regno ſuo et tamē in fine pmiſit eum infatuari et peccata committe re ꝓpterquod inimicos et aduerſari os ſibi ſuſcitauit. iij. Regum. xi.

Precepto domini iheroboam ſuper decem tribus prefectus eſt qui tamē populum ad ydolatriam malicioſe induxit. iij. Regum. xij.

Duos pncipes quinquagenarios dominus ad oracionem helye igne conſumpſit. iiij. Regum. i.

Rex iſrl̄ manaſſes multa facinora perpetrauit et poſtea cathenis vin ctus ductꝰ eſt in babilonem ⁊ ibi pe nitenciam egit et exauditus eſt et reductus. ij. Para. xxxiij.

Ioſias rex iuda cum ſanctiſſimam vitam duxiſſet tandē precepit vt di micaret contra nechao regem egipti dicentem ſibi deſine aduerſus deū facere qui mecum eſt ne interficiat te et non acquieuit ioſias et ideo male ſucceſſit ei. ij. Para. xxxv.

Precepit dominus ione vt predi caret adhuc quadraginta dies et ni niue ſubuerteretur licet tamen ſciret e os penitenciam acturos. Ione. iij.

Deus redēpcionē noſtram in filio ſuo mirabiliter prouidit vt patet in euangelio.

Petrꝰ xp̄m ter negauit. mat. xxv.

Thomas d̄ reſurrexiōe domini du bitauit. Iohannis. xx.

Sꝫ p̄uidit deus quod petrus ex hoc micior fuit erga peccatores tho mas exemplū fidei ad futuros fide les. Apoſtoli qui a iudeis fuerūt īcar cerati diuina prouidencia ſūt educti Actu. v

Facta ē diſſencio inter paulum et barnabam de iohānne marco ita q̄ ab inuicē diſcedebant ſed hoc ex di uina prouidēcia ē factū propter hoc vt verbum dei pluribꝰ nunciaretur. Actu. xv.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf